









1724.

1. Antall, Stephanus Casparus : Dissertatio iusq. medie,  
de statu casum rariorem febris quartanae Replieis  
cum hemisferiori felicitate curabae
- 2.<sup>o</sup> Beckius, Job. Fortunatus : De capis orationis
3. Kestlinus, Georgius Fridericus : De transito hypollecae  
facta in bonis tutoris et haeredes papelle
4. Richter, Dr. Georges : De cetero iuriis nato.
- 5<sup>o</sup>. Hildebrandt, Haarmus : De jure ciuium originariorum  
Von Recht derer Siedlernde oder Eyzehdner.
6. Hildebrandt, Haarmus : De legibus praecitorum spartio  
Von Niccol. Riemann Ranger. Recht.
7. Kaelius, Dr. Baed : De scaldis iure poetis gentium  
archivarum actuissimis
8. Marcor, Graefiel : De procuratore Cesaris
9. Marcor, Graefiel : De sedis Sabiniorum et  
Prenestinorum ex iure civili



10. Mel, Fridericus Petrus: Dissertatione inq. medicis  
nisi saccharo praestantibus
11. Ménerville, Joh. Christoporus: De rationali uocione  
ex factis consonis iudicata.
12. Schwazius, Christianus Gottlieb: De antiquis numeris  
senarii nota etiologica et iusta.
13. Setig, Joannes Christianus: De medicina angustiarum  
recentioris praestantia



rec

oc 109

eri

arial



*Sol. XXIV. N. 17.* 2 30  
*DE 1724, 2a*

**VIDIMVS**  
SIVE  
**COPII VIDIMATIS**

Von

Vidimirken Urkunden und Abschriften

*SVB PRAESIDIO*

**DN. JOH. JODOCI BECKII, J. V. D.  
ILLVSTRISS. COMITVM AB HOHENLOH-  
NEVENSTEIN ET GIECH CONSILIARII,  
JVRIVM PROFESSORIS PVBL.  
EXTRAORDINARIII ETC.**

*AD D. II. DECEMBER. MDCCXXIV.*

**H. L. Q. C.**

*DISPV TABIT*

**CAROLVS CHRISTOPH. STOCKMARVS,  
KOENIGST. SOLISBAC. PALAT.**

---

*ALTORFII NORICORVM  
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.*



*U. 8.*

ILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO  
DOMINO,  
DOMINO JOHANNI  
CHRISTOPHORO  
TEZELIO,

A KIRCHENSITTENBACH, IN VORRA  
ET ARTELSHOFEN,

PERILLVSTRIS S. R. I. LIBERAE  
REIPVBL. NORIMBERGENSIS  
SENATORI CONSVLARI GRAVIS-  
SIMO, PROVINCIAVM PRAESVLI  
ET RECTORI EMINENTISSIMO,  
ETC. ETC.

DOMINO SVO GRATIOSO,  
MECAENATI OPTIMO MAXIMO  
VITAM ET FELICITATEM  
RELIGIOSISSIME PRECATVR,  
ET

EXERCITATIONEM HANC ACADEMICAM  
IN DEVOTISSIMAE MENTIS ARGUMENTVM  
EA QVA PAR EST SVBMISSIONE

D. D. D.

C. C. STOCKMAR.





## §. I.

**V**IDIMVS est Copia Instrumenti a Notario vel Vidimus quid? Judice, aliave persona publica & fide digna cum Originali collata, eique verbotenus consona deprehensa. Ratio hujus denominationis est, Ratio hujus de- quod olim Collatores hujusmodi Copiae sub- nominationis. scribere soliti fuerint: *Vidimus. Befold the- saur. pract. voc. Abschrift. Blum. proceſſ. Ca- mer. tit. 63. n. 36.* Communiter quoque *vidimata Copia* dicitur, vel secundum nonnullos, *fidimata*, ac si *fide*, quam facit, deduceretur; sed minus recte, item *authentifata*, & in Camera Imperiali *aſcultata*, que scil. per lectionem collata; nam *Copia vidimata ab aſcultata* in effectu non differt, sed ſolum quoad modum exemplificationis, quia in *aſcultatione* alter prelegit, alter aſcultat, in *vidimata* autem unus utrumque, & Copiam factam & Originale, perlegit. Ludov. in *us. pract. diſtinct. jurid. part. 2. tit. de fid. instrument. diſt. 6.* Germanice appellatur, eine beglaubite *Abschrift*, vidimte *Abschrift*, vidimte *Copie*.

## §. II.

Licet vero unicuius privato Copiam ex Originali transferre integrum sit; *Vidimus* tamen non omnes promiscue, sed certae tantum personae confidere valent. Tales sunt 1.) *Prin- cipes & status Imperii*, idque vi superioritatis territorialis compe- tentis, Krafft Lands-Fürſtl. oder hoher Lands-Obrigkeiſt. Idem etiam dicendum de Nobilibus Imperii immediatis, quia & hi in ut & Nobiles Caſtris, Imp. immediati.

Castris, territoriis & districtibus suis, perinde ut alii Status Imperii, Superioritate territoriali gaudent. Stryk. tr. de success. ab intef. differt. s. cap. 1. §. 14. seqq. Lauterb. de Condom. territ. cap. 5. thes. 18. seqq. Ertel. Observat. Equestr. part. 1. obs. 7. ibique allegat. Dd. 2.) quilibet Magistratus seu Judex ordinarius, sive sit

Ecclesiasticus sive Secularis, ita tamen, ut in terris Ecclesiae Videlicet fieri possit coram Ecclesiastico, non solum inter Clericos, sed & inter laicos, non solum pro rebus Ecclesiasticis, sed etiam mere temporalibus; in terris Imperii vero illa peragatur quoad Ecclesiastica, coram Ecclesiastico, quoad mere temporalia vero coram seculari Judge. Meichsner. tom. 2. decis. Cameral. lib. 2. decis. 4. num. 98. seqq.

In Camera Imperiali vidimatio fit vel in Cancellaria per Praefectum Cancellariae, qui negotiorum in Cancellaria Augustissimi hujus Dicasterii expediendorum administrationi praefit, & constitutur ab Electore Moguntino, tanquam Archi-Cancellario per Germaniam, vid. Recens. Imp. de A. 1530. §. ob auch. 91. junct. Concept. renovat. Ordin. Camer. part. 1. tit.

39. pr. & §. 1. vel etiam in Lectoria per Lectores, qui sunt personae in Judicio Cam. in ejusdem judicij Actis custodiendis compendisque praeципue occupatae. Blum. proc. Cam. tit. 63. n. 39.

3.) Commissarii si Commissio ad transumenda Instrumenta de- seca. 3.) Commissarii, si sc. specialiter ad transumenda Instrumenta sint deputati, cap fin. X. de fid. instrument. ibi: vel delegata ab eo specialiter. Böhmer. J. Eccles. lib. 2. tit. 22. §. 7. quæ delegatio de jure Constitutionum Imperii, vocari consuevit Commissio in optima & meliori forma. Recens. Deputat. Imp. de A. 1600. §. wir erklärten auch. 128. in verb. wann Commissiones ausgebracht, potestas transumendi nicht in communi, sondern allein meliori forma zu verstehen seyn soll. Gail. 1. obs. 94. num. 1. & obs. 96. num. 2. Blum. proc. Camer. tit. 73. num. 38. Rurger. Ruland. de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 15. num. 14. Si vero Commissio in communi tantum forma, sc. ad recipiendum & examinandum testes, decreta, Comissario potestas vidimandi & transumendi Documenta, non competit, etiamsi Documentum faciat ad causam,

Secus si in forma  
communi.



sam, ad quam est delegatus, Rutger Ruland. de Commissar. & Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 15. num. 13. Textor. prax. judic. part. 1. cap. 9. num. 46. seq. Mart. Digest. noviss. tom. 1. tit. Exemplum. cap. 2. quia Commissiones sunt stricti juris strictaeque Interpretationis, & mandato equiparantur, cuius limites ad unguem observandi, §. 8. Inst. de mandat. adeo, ut id, quod ultra ea, quae commissa sunt, gestum est, nullo vigore gaudere queat, ob defectum jurisdictionis delegatae, cap. 22. X. de rescript. cap. 32. & 40. X. de offic. & potest. judic. deleg. num. 91. Böhmer. J. Eccles. lib. 1. tit. 29. §. 35. Et ex hoc principio, cum Serenissimus Dux Vinaricensis Examen testium commisisset alicui, & Commissarius translumisset Instrumenta causæ, a Facultate Altendorfina responsum fuisse, illa translumta non probare, ne quidem in sumario Processu, ex defectu potestatis in Vidimante, refert Textor. prax. Judic. part. 1. cap. 9. num. 47.

## §. III.

Non minus 4.) Notarii de rebus gestis perpetuæ memoriaræ gratia, Instrumenta & Copias vidimatas confidere possunt, sive a Pontifice, sive ab Imperatore, sive a Comitibus Palatinis, sive a Principe & statu Imperii fuerint creati, Stryk. Cautel. Contract. sect. 2. cap. 7. §. 14. Petr. Muller. dissert. de Art. Notariat. thes.

4.) Notarii, a quounque etiam fuerint cre-  
ati.

11. cum hoc tamen discrimine, ut a Principe vel Statu quodam Imperii creatis, in territorio tantum constituentis, non vero in aliis locis exteris, propter defectum autoritatis creantis, arg. l. fin. ff. de jurisdict. reliquis vero ubivis terrarum, officium statu Imperii suum exercere fas sit. Petr. Gilken. de prescript. part. 2. membr. 1. cap. 7. num. 79. Brinkmann. de Notar. eorumque offic. cap. 2. posit. 8. quest. 6. Rennemann. Jurisprud. Rom. Germ. tit. de judic. disput. 8. §. 32. Cum enim Notariorum fides autoritate constituents nitatur, non possunt majorem habere autoritatem quam Dominus, qui eos constituit, l. 54. ff. de R. I. cap. Romana. 1. de for. compet. in 6.to Panormitan. ad cap. pen. X. de fid. instrument. Ceterum non licet Notario confe-

quid discriminis  
subsit inter No-  
tariorum a Pontifice,  
Imperatore & a  
statu Imperii  
creatos?

An Notarius vi-  
dimationem al-  
teri committere  
possit?

An Doctores  
Juris Instrumen-  
ta & Vidimus  
conficiere pos-  
sunt?

quod rectius ne-  
gatur.

Ctionem Copiæ alteri committere, siveque per alium Vidimatio-  
nem peragere, per l. 17. Cod. de fid. instrument. cum enim testi-  
monium illius actus, quem propriis cognovit sensibus, exhibere  
vult, minime id per alterius opem & cognitionem peragere valet,  
Covarruv. in pract. quest. cap. 21. num. 1. Sed hic non incon-  
cinnæ queritur: an Doctores Juris, qua tales, Instrumenta pub-  
lica, consequenter etiam Copiam vidimatam conficiendi, facultatem  
habent? Equidem Berlichius part. 1. conclus. 43. num. 50. & part.  
1. decif. 27. contendit, non quidem teneri Doctores Juris In-  
strumenta conficere, interim tamen ab ipsis confecta, firmiter  
valere, plenamque mereri fidem, perinde ac si a Notariis legitime  
creatis confecta essent; ratio & fundamentum hujus decisio-  
nis est, quod Doctores sunt personæ publicæ & juratæ; tales au-  
tem instrumenta publica conficiendi Jus habere. Sed huic recte  
dicam scribit Carpzovius lib. 6. resp. 18. num. 12. seqq. siquidem

ad formam essentialē Instrumenti publici non autoritate judi-  
ciali, nec testibus muniti, requiritur, ut a Notario publico con-  
ficiatur, l. 32. Cod. de Episcop. & Cleric. Recess. Imp. de A. 1512.  
Gail. 2. obs. 71. Atqui Doctor Juris, qua talis, Notarius non est;  
Ergo nec Instrumentum ab eo confectum publicam fidem & auto-  
ritatem meretur. Et licet negari nequeat, Dd. esse personas  
publicas & juratas, hoc tamen non est sufficiens, sed insimil re-  
quiritur, ut ejusmodi personaæ autoritate publica specialiter ad  
confectionem Instrumentorum sint ordinataæ ac confirmataæ, quod  
tamen de Doctribus Juris, qua talibus, dici nequit; Notarii econ-  
tra, specialiter acceperunt illam potestatem ab Imperatoribus &  
Comitibus Palatinis, & propterea speciale tenentur præstare jura-  
mentum. add. Carpzov. process. Jur. Sax. tit. 2. art. 3. num. 71.  
seq. Ziegler. de jurib. Majestat. lib. 1. cap. 26. thes. 10.

#### §. IV.

5.) Comites Pa-  
latinæ, quibus  
Vidimus confi-  
ciendi potestas  
specialiter con-  
cessa.

Porro Vidimus conficiendi potestate gaudent 5.) Comites Pa-  
latinæ, quibus hac specialiter concessum. Bene enim meritissi-  
Comitibus, & quorum fides est perspecta, inter cetera & hoc privi-  
legium

legiu n singulare quandoque conceditur, ut ex quovis Instrumento,  
transumita & Vidimus possint confidere, ita, ut pari habeantur pre-  
tio, ac si a Civitatibus, Vniversitatibus, Principibus Comitibus,  
aut aliis personis illustribus essent confecta. Tale privilegium indu-  
tum B. SAMVELI STRYKTO, prout de se testatur in Caut. Contract.

*sect. 2. cap. 7. §. 16.* Verba Diplomati inserta hujus sunt tenoris:  
Zu dem thun und geben wir auch oftgedachten S. S. diese besondere  
Gnad und Freyheit/ dass er von allerhand privilegiern und Freyheiten/  
Urkunden/ Briefen und Schriften/ wie die Namen haben mögen/ da  
er von jemand derselben erfucht würde/ ein oder mehr translatant ma-  
chen/ dieselbe vidimire/ und unter seinen aufgedruckt/ oder anhan-  
genden Innsiegel archentisiren solle und möge/ welchen translatant  
und Vidimus auch allenhalben/ inn/ und außerhalb Gerichts/ voll-  
kommenner Glaube gegeben werden soll/ allermassen als ob sie von einem  
Fürsten/ Prälaten/ oder andern Stand des Reichs Land oder Stadt-  
Gericht vidimirt und archentisirt wären. Idem privilegium obti-  
nuit Dominus CHRISTOPHRVS DE BERGER, cœi videre

licet ex Diplonate Cesareo ad calcem Decisionum summi Provo-  
cationum Senatus Electoralis Saxonici subjeto, §. Zu dem.  
ubi hæc leguntur verba: Zu dem thun und geben wir auch ihm  
Christoph Heinrich/ Edlen Herrn von Berger/ diese besondere Gnad  
und Freyheit/ dass er von allerhand Freyheiten/ Instrumenten/ Urkun-  
den/ Briefen und Schriften/ wie die Namen haben mögen/ da er  
von jemanden derselben erfucht würde/ ein oder mehr Abschrift ma-  
chen/ dieselbe bezeichnen/ beglaubigen/ und unter seinem aufgedruckt/  
en und anhangenden Innsiegel befrädig/ und rechtfertigen solle/ und  
möge/ welchen Übernahm/ und Beglaubigungen/ auch allenhalben/  
inn/ und außer Gericht/ vollkommenner Glaube gegeben werden solle/  
allermassen als ob sie von Fürsten/ Prälaten/ oder andern Stand  
des Reichs Land- und Stadt-Gericht beglaubiget/ rechtgefertigt  
und bekräftiget wären. Similiter Copias Vidimatæ confidere

possunt 6.) *Priva*t* quibus a superiore hoc concessum.* Besold. thes-  
pract. voc. *Vidimus*, & denique 7.) si Notarius deficiat, tres Viri  
*honesti & fide digni*, Copiam subscriptentes, l. II. in fin. Cod. qui  
pot. in pignor. Petr. Frider. Mindan. de processib. mandat. & mo-  
nitor in Camer. extrah. lib. 2. cap. 48. num. 16. 6. V. jores.

6.) Privati, qui-  
bus a superiore  
hoc concessum.  
7.) tres Viri  
honesti & omni  
exceptione ma-

## §. V.

De quibus Instrumentis Vidi-  
mus confici pos-  
sunt?

Notarius pro-  
pria sua Instru-  
menta vidimare  
nequit.

Vidimus conficere licet de omnibus Instrumentis, cujus-  
cunque sint generis, cum omnis scriptura faciens ad Instruc-  
tionem alicujus cause, possit exemplari, prout loquitur Felin. *in cap.  
ult. X. de fid. instrum. num. 1.* Notarius tamen ea Instrumenta, que  
semetipsum concerauit, vidimare nequit, quia translumtum ut  
probet, debet transcribi a Notario non suspecto, cum Notarius  
non possit in causa propria fungi officio publico, sed scriptura ejus  
pro privata hoc in casu reputetur, quea quidem contra eundem,  
sed non pro scribente probat, *l. 5. & 6. cum seq. Cod. de probat.  
ibique Dd. Hieron. Treutler. conf. 92. num. 7. seq.*

## §. VI.

Copie vidimata  
solemniter con-  
fecta plene pro-  
bant.

Copie sive a Judice, sive a Commissario, sive a Notario,  
sive a Comite Palatino, aliave supra adducta persona vidimatæ,  
si suis gaudeant legalibus requisitis, nunc indicandis, plenam  
faciunt fidem, eandemque habent vim & autoritatem, ac ipsa  
*Originalia, cap. fin. X. de fid. Instrument. ibique Dd. Horn. con-  
sultat. & resp. class. 16. resp. 25. pag. 1279. b.) Molin. ad consue-  
tud. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. I. num. 37. Stryk. in Caut. Contract.  
sect. 2. cap. 7. §. 15. & 16. & en diff. de instrum. amiss. cap.*

In Vidimatione 3. §. 5. & 6. Et quidem in Vidimatione a Judice instituenda,  
judiciale requiri-  
tur.  
1.) ut translum-  
tio a Judice de-  
mandetur.

sequentia sunt observanda, 1.) ut translumtio a Magistratu vel Ju-  
dicio, dice demandetur, *cap. fin. X. de fid. Instrum. Myns. 6. Obs. 73.  
num. 4. Böhmer. J. Eccles. Protest. lib. 2. tit. 22. §. 5. translum-  
tio enim a solo Actuario Judicij, sine mandato Judicis facta, nil  
quicquam probat. Meichsner. tom. 1. lib. 1. decis. 3. num. 6. Blum.*

Cuius Judicis au-  
toritas require-  
tur?  
Socinus ad cap. cum sit generale 8. X. de for. compet. tenet, Exem-  
plationem Instrumenti fieri posse coram proprio judice ipsius pe-  
tentis, non autem præcise necessum esse, eandem petere a Judi-  
ce, ad quem causa principalis spectat, eumque sequitur Gilhausen.

in



in arb. judic. cap. 1. part. 2. §. fin. num. 8. Alii autem statuantur  
 judicem controversiae futuræ hoc in casu esse competentem, quæ  
 sententia sicuti verior, ita & tutor, per l. Consul Diuallia 23. Cod.  
 de testam. l. 13. Cod. de fid. instrument. cap. acceptimus 4. X. eod.  
 Coler. ad cap. 8. X. de for. compet. num. 7. Rutger. Ruland. tr. de  
 Commissar. & Commiss part. 2. lib. 5. cap. 15. num. 11. 2.) ut com- 2.) ut commissa-  
 mittatur tabellioni, sive Notario publico, cap. fin. X. de fid. instrum. ture Notario.  
 Non enim sufficere putant Interpretes, nudam sive simplicem  
 Judicis autoritatem, sed requirunt insuper, ut peragat transla-  
 tionem per Notarium, Panormitan. ad cap. ult. X. de fid. instru-  
 ment. num. 2. Si vero eo in loco, ubi Vidimatio facienda, Notarii  
 Copia haberi nequeat, judicem Exemplificationem alteri personæ  
 honestæ demandare posse dicunt, ne ob defectum Exempli pro-  
 batio postmodum deficit, atque sic falsitas veritati præjudicet, aut  
 iniquitas prævaleat æquitati, per cap. 11. X. de probat. Mart. Digest.  
 noviss. tom. 1. tit. Exemplum. cap. 2. Gratian. disceptat forens. cap.  
 736. num. 34. Hodie tamen secundum cujuscunque judicij stilum,  
 Vidimatio fit vel a Notario, vel Actuario judicij jurato. Böhmer.  
 J. Eccles. Protestant. lib. 2. tit. 22. §. 5. Brunnemann. process. Civil.  
 cap. 19. num. 16. 3.) ut citentur omnes, quorum interest, & 3.) ut citentur  
 præprimis illi, contra quos fit transsumtio. Mascard. de probat. omnes, quorum  
 vol. 2. concl. 712. num. 12. Brunnemann process. civil. cap. 19. interest,  
 num 7. qui practicæ hujus textus hoc adscribit, Myns. 6. Obs. 73.  
 num 19. Gonzalez. Tellez. ad cap. ult. X. de fid. instrument. num.  
 2. Textor. prax. judic. part. I. cap. 9. num. 44. Ord. Vismar. part.  
 2. tit. 29. §. 1. vers. jenem soll keine vis. &c. nam hic actus descri-  
 ptionis est instar Examinationis testimoniū ad perpetuam rei memo-  
 riā, quæ sine rationabili causa, & prævia adversarii Citatione,  
 non conceditur, Engel. Colleg. Jur. Can. tit. de fid. instrument. §.  
 3. num. 49. Exinde fluit, quod Vidimus, omnibus licet aliis solen-  
 nitatibus observatis, illis tantum præjudicet, qui ad Exemplificatio-  
 nem citati sunt, & si voluissent, contradicere potuissent, non vero  
 aliis, cum actus judicialis autoritate judiciaaria gestus, non exten-  
 datur

datur ad eos, qui non fuerunt in judicio, nec eis noceat, l. 1. ff. de  
præscript. long. temp. l. 63. ff. de re judicat. Ruland. tr. de Commissar.  
part. 2. lib. 5. cap. 24. Panormitan. ad cap. ult. X. de fid. instrum.  
num. 8. Böhmer. J. Eccles. lib. 2. tit. 22. §. 5. Molin. ad confus.  
tud. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 37. seqq.

## §. VII.

Quid si citati  
contumaciter  
abfuerint?

Quod si citati contumaciter abfuerint, Vidimatio nihilominus perficienda, cum contumacia sit pro præsentia, Auth. qui in provincia Cod. ubi de Crimin. ag. oportet. add. Ordinat. Vismar. part. 2. tit. 29. §. 2. verb. sondern zuvorhero ein terminus zu abermäglicher producuring der Originalien angesetz, darzu die Interessenten citirt werden, wann sie aber nicht erscheinen, alß dann mit der Collationierung verfahren, das Transsumt gefertigt, und hinsüro eben so gültig als das Original geachtet werden. Nec erit audiendus contumax, si aliam collationem sumtibus producentis fieri velit, quippe quod frustraneum foret, nec supervacaneis sumtibus litigatores sunt onerandi, arg. l. 6. ff. de minorib. l. 14. in fin. ff. ut legat. velsidei commiss. Sitamen suis sumtibus id fieri adversarius petat, nova Collatio non erit deneganda, l. 8. in fin. ff. de evit. Köppen. decis. 46. Heig part. 2. queſt. 3. num. 17. seqq. Bornit. de Instrument. lib. 3. cap. 3. pag. 244. 4.) requiritur, ut causa cognitione accedat, & judex diligenter instrumentum Originale inspiciat, utrum in aliqua parte vitiatum sit? an suspicio falsi emergat? an sigilla sint integra? Böhmer. J. Eccles. lib. 2. tit. 22. §. 5. nam in Copiis autoritate Judicis vidimandis, inspectio Originalis ad ipsius judicis pertinet officium, non vero Notarii, hinc debet dicere Notarius, quod Judex diligenter inspicerit, & nullo vitio reperto, sibi demandaverit, ut exemplaret, quamvis & illud non inutile esse videatur, si Notarius vel Actuarius de suo insimil sensu attestetur, quod sibi etiam videatur omni carere vitio Originale. Verum Præctica sepiissime diversa, cum tabellio vel Actuarius, qui Instrumentum transsumit, tantummodo attestetur, quod ipse diligenter inspicerit, nullumque vitium repererit.

Panor-

4) ut Judex  
Originale probe  
inspiciat, anno  
vitio aliquo  
laboret?

Panormitan. ad cap. ult X. de fid. instrument. num 2. in fin. Wag-  
 nereck. ad cap. fin. X. de fid. instrum. Quid si vero xitio aliquo Quid si Origina-  
visibili sive extrinseco Originale laboret, numine desistere debet Ju-  
dex ab illius transsumtione? Videatur dicendum, ab integra trans-  
 sumtione ei supersedendum, quia visibilia vitia Instrumentorum,  
 ut cancellationes, rasurae, inductiones, sigillorum turbationes, &  
 similia, instrumentorum vidimationem plane impediunt, ita, ut le-  
 gitime fieri nequeat, nisi vitium illud tollatur, & casu forsan  
 factum esse probetur per testes; vel alio modo. Panormit. ad cap. fin.  
 X. de fid. instrument. num. 3. Myns. 6. Obs. 73. num. 14. cum  
 judex non possit sigillare Vidimus, vel transsumtum alicujus  
 scripture, nisi occulata testetur fide, se vidisse Originale non can-  
 cellatum, nec aliqua ex parte ruptum, l. ult. Cod. de edit. D. Ha-  
 drian tollend. Hinc communiter Dd. tradunt, quod si in Originali  
 reperiatur rasura vel interlinearis obliteratio, & potissimum loco  
 suspecto, non debeat de eo fieri Vidimus, quia nec Originali  
 est fides habenda, d. l. fin. Covarruv. præf. quest. 21. num. 4.  
 Menoch. confl. 409. num. 43. frustra enim fit transsumtio, quan-  
 do notorie eam non habere effectum Judex videt. Ast verius Affirmativa ma-  
 nobis videtur, ejusmodi Documenta, quæ in sigillis, scriptura, aut gis nobis arridet,  
 reliquis defectuosa reperiuntur, nihilominus esse vidimanda, ut & Praxi consen-  
 tanea.

tamen hoc in casu, bi defectus in Vidimus exprimantur, quam

sententiam non tantummodo Praxis Cameræ Imperialis, sed &  
 aliorum Judiciorum inferiorum tuetur, testante Ruland. tr. de  
 Commissar. & Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 29. n. 10. & 15. add. Gölchi-  
 sche und Bergische Ordnung de A. 1567. cap. 53. in fin. verb.  
 wo aber einige Brief und Siegel oder andere Schein zu vidimiren  
 vorbracht / welche an Siegeln / Schrift oder anders Mangel bekom-  
 men / so sollen dieselbige gleichwohl vidimirt werden / doch deßhalben  
 solchen Mangel in dem Vidimus mit zu vermelden / und anzuziehen.  
 Et hoc tunc maxime locum habet, si non notorie constet judici,  
 Instrumentum esse studio, & annullandæ fidei gratia cancellatum;  
 nam fortean pars poteſt probare, cancellationem vel rupturam

non animo perimendi Instrumentum, sed casu fortuito factam, aut dolo adversarii, quo minus ipse eo uti possit. Felin. *ad cap. 12. 13. & 14. X. de fid. instrum.* Imo possent alia instrumenta ejusdem tenoris proferri, quæ cum his conferantur, licet alioquin nec per omnia perfecta probent, eodem modo per testes possent adjuvari, adeo, ut corrossum & corruptum in parte substantiali, hoc fulcro munitum, executionem sic mereatur; quid quod alia multa adhuc indicia accedere possent, quæ facerent valere Instrumentum cancellatum vellaceratum. Vincent. *de Franchis. decis. Neapol. 485. num. 1.* Rutger Ruland. *de Commissar. d. cap. 29. num. 11. seq.*

*Quid si virtus sint  
intrinseca?*

Quod si *virtus* sint *invisibilia seu intrinseca*, v. gr. si instrumentum Originale sit scriptum a falso Notario, aut excommunicato, aliave inhabilitate laborante, Exemplificatio quidem perficienda, sed nihilominus audiendus est contradicens, & annotanda illius *contradiccio*, hujusve decisio in aliud tempus resicienda, *Autb. si testis in fin. Cod. de testib. Nov. 90. cap. 6.* Panormitan. *ad cap. fin. X. de fid. instrument. num. 3.* Mynl. 6. *Obf. 73. num. 14.*

### §. VIII.

¶) ut instrumentum fideliter de verbo ad verbum transsumatur atque describatur, cum nullum sit verbum sine virtute operandi, nec hoc solum, sed ipsa quoque literæ & punctuli literarum, quia quævis syllaba, etiam minima, debet aliquid in Instrumento operari, Guid. Pap. *decis. 2. num. 2.* Wehner. *obseruat. præz. voc. schriffl. Urfunden.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 36. num. 4.* Stryk. *dissert. de Instrument. amiss. cap. 3. §. 5.*

Notanda porro ubique abbreviaturæ & cyphræ, prouti hæ in Originali conspiciuntur, imo non tantum illa scribenda, quæ in contextu sunt, sed etiam *interlineaturæ*, *Apostillæ*, & quæ in margine posita, etiamsi aliquo modo contra textum pugnant, Maſcard. *concl. 712.* Mynl. 6. O. 73. num. 4. seq. Ruland. *cit. cap. 36. n. 7.* Si inveniantur in Instrumento verba falsam Latinitatem praſe ferentia, ea non corrigenda, quia ex tali mala Latinitate variae oriuntur

Interlineaturæ  
quoque & mar-  
ginalia Instru-  
menti notanda.

Verba falsam  
Latinitatem praſe  
ferentia, non  
corrigenda,  
& quare?

riuntur suspicione, quas Judicem perpendere decet. Felin. in cap. ad audiencem. X. de rescript. num. 1. Mysl. consil. 68. n. 38. Faber. Cod. Sabaud. lib. 4. tit. 16. def. 4. quod tunc maxime obtinet, quando alioquin is, qui consuevit illas confidere literas, erat vir doctus & eruditus, nam tunc falsa illa latinitas conjecturam facit, quod non scriptor ille, sed falsarius aliquis conscripsit. Felin. cit. loc. num. 4. Menoch. consil. 409. num. 38. Ruland. de Commissar. d. lib. 5. cap. 36. num. 9. Hinc de Jure Ca- falso latinitas  
nonico, rescripta Principum atque Pontificum pro falsis reputantur, quæ manifestum in constructione ac latinitate continent vi-  
tium, quod non credibile sit, vitium manifestum incorreuum re-  
tendum fuisse, quod tot officialium lectioni & perlustrationi subje-  
ctum fuit, cap. 11. X. de rescript. Engel. in Colleg. Jur. Can. tit.  
de rescript. num. 13. Wesenb. consil. 212. num. 58. Faber. Cod.  
Sabaud. lib. 4. tit. 16. def. 4. num. 14. quod tamen secus, si  
non satis proprie, latine aut eleganter scripta sint, cum indignum  
videatur, ut verba caelestis Oraculi sub regulis Donati restrin-  
gantur, censente ita Gregorio in can. 10. dist. 38. quod & Za-  
charias approbase videtur in can. 86. dist. 4. tr. de consecrat. En-  
gel. cit. loc. num. 13. Link. ad Decretal. tit. de rescript. §. 5.

## §. IX.

Præterea consignandum, quo atramento Instrumentum sit Diversitas ma-  
scriptum, an uno vel diverso; an recens scriptura in veteri char-  
ta reperiatur, an omnia folia una charta conscripta, an diversa, aliave diligen-  
tia & qualis sit, item an una eademque manu Instrumentum ex-  
aratum; plurima enim ex his & similibus desumi posse argumenta,  
in protapulo est, Rutger. Ruland. de Commissar. & Commissionib.  
part. 3. lib. 5. cap. 20. num. 16. seqq. Hinc diversitas atramenti Diversitas atra-  
fraudis suspicionem inducit, cum calami & atramenti mutatio au-  
ferat scripturæ paritatem. Novell. 73. proœm. Bornit. de Instru-  
ment. part. 2. lib. 2. cap. 25. præsertim si diversitas hæc appareat  
in parte suspecta; sic dies & annus diverso atramento scripti ar-  
guuntur.

guunt præsumptionem falsitatis, Cephal. consil. 187. num. 17.  
 Cravetta consil. 134. num. 27. Finkelthaus. in append. Observat.  
 ut & diversitas manus. Instrumentum reddit suscep-  
 tuum, cap. cum venerabilis. X. de religios. domib. cap. inter dilec-  
 tos. X. de fid. instrum. Ruland. de Commiff. part. 2. lib. 5. cap. 29.  
 nec non diver-  
 sitas charta.  
 Scriptura in  
 charta quando-  
 que non probat.  
 In non-  
 nullis locis  
 Contractus non  
 aliter valent,  
 nisi in charta  
 signata fuerint  
 conscripti.

pract. 15. num. 4. Sic diversitas manus Instrumentum reddit suscep-  
 tuum, cap. cum venerabilis. X. de religios. domib. cap. inter dilec-  
 tos. X. de fid. instrum. Ruland. de Commiff. part. 2. lib. 5. cap. 29.  
 num. 23. Porro ex diversitate chartarum, puta, si sint longiores,  
 breviores, crassiores, latiores, strictiores, falsitas eruitur, Gloss.  
 ad cap. inter dilectos. X. de fid. instrum. Stryk. Cautel. Contract.  
 sed. I. cap. 6. §. 8. quod obtinet quoque, si chartæ sint diversorum  
 signorum. Menoch. lib. 5. præsumt. 20. num. 40. Mascard.  
 de probat. concil. 740. num. 21. Stryk. cit. §. 8. circa fin. Sic mul-  
 tum quandoque interest, in qua materia vel in qua charta Instru-  
 menta sint conscripta; Instrumenta enim Notariorum non aliter  
 probant, nisi in membrana fuerint scripta, secundum Ordinatio-  
 nem Maximiliani de A. 1512. §. item die Notarii sellen, ibi: auf  
 Pergament und nicht Papier. Textor. ad Recess. Imp. de A. 1654.  
 disput. 11. th. 49. utut dicta Ordinatio quoad membranam, ita  
 stricte hodie non observeretur, Arnold. Reyger in addit. ad Myns.  
 1. Obs. 80. Sic hodie in multis locis per modum pragmaticæ  
 sanctionis constitutum, ut Contractus aliave negotia, sive judi-  
 cialia, sive extrajudicialia, non aliter valeant, & actionis effectum  
 producant, nisi in charta signata, auf Stempel-Papier fuerint  
 conscripta. Stryk. Cautel. Contract. sed. I. cap. 6. §. 22. seq. quem-  
 admodum ita dispositum in ILLVSTRIS SENATVS NORIMBERGENSIS  
 Ordinatione de charta signata A. 1697. d. 2. Auguft. promulgata.  
 §. Auf daß aber. 7. in verb. sollen nunmehr alle schriftliche  
 Handlungen und Actus inter vivos & mortis causa, Memoria-  
 lia, Documenta und Urkunden, deren hieroben unterschiedlich  
 Meldung geschehen, wann solche respective von dem Datum un-  
 serer A. 1690. den 28. Febr. publicirten, und vorjetz den 2. Aug.  
 dis 1697. Jahren, verbesserten Papier-Stampf-Ordnung an,  
 aufgerichtet oder erzeugt worden, und auf obbedeuter massen/nicht  
 gestämpfte Papier geschrieben sind, ipso jure für null, nichig  
 und

und unbündig geachtet und gehalten, und darauf inn und außer unsren Gerichten und Aemtern weder gesprochen noch Hülfe ertheilt werden: add. s. Letzlich: 16. ibi: Wördigen Falls aber bereits gemeldten Nullitäten und denen obgesetzten Straffen unterworfen, und von keiner Verbindlichkeit und Krafft seyn.

## §. X.

Si integer Liber est transsumendus, non tantum folia com- Schedula Libri  
pacta, sed etiam schedula adiecta debent extrahi, Rutger. Ru- etiam extra-  
land. Tr. de Commissar. & Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 36. n. 8. hendi.

Similiter si pars privilegii vel statuti vidimanda, prefatio sive in-rubrica semper troitus, ut & rubrica semper describenda, & postmodum para- describenda vel graphus vel versiculus exinde desuntus, v. gr. Extract aus der introitus, etc. pars tantum Stadt Nürnberg verneuerten Reformation de An. 1564. tit. vidimanda.

XXXIII. von Erbschaffen der Eheleuth ohn Geschift, Leg. I.  
 so das Weib stirbt vor dem Mann und absteigend Erben verläßt.  
 fol. 202. Sv Mann und Weib mit beweislichen Gedingen der  
 Heyrath-Güter zusammen heyrathen, &c. &c. Maximi enim  
 ea res est momenti, & causa finalis ex eo cognoscitur, ac alia  
 sumuntur argumenta, declaraturque mens statuentis aut conce-  
 dentis, & subfrequentia obscura quandoque explicantur, Mascal.  
 de probat. concl. 740. Rutger. Ruland. tr. de Commiss. part. 2. lib.

5. cap. 36. num. 1. seq. Non minus etiam 6.) requiritur, ut sigilla 6.) requiritur, ne  
 accurate describantur, quem in finem exprimendum: 1.) cuius sigilla accura-  
 coloris sit Cera; usitatum enim apud nos Germanos, ut aliqui te describantur.  
 non nisi rubra, alii viridi, alii flava utantur, vel uti debeant: 2.) mendum.  
 an cera nova vel vetus sit, Scacc. tr. de judic. cap. 64. num. 1 3. 1.) cuius coloris  
 3.) an cera illa integra, vel corrupta & cassata, vel ut in antiquis 2.) an cera sit  
 fieri affolet, a muribus corrofa, & in specie in qua parte rupta vetus an nova?  
 extet? sigilla enim corrupta, quandoque parum probant, imo 3.) an Cera in-  
 nullam plane faciunt fidem. Theodor Höpping. tr. de jur. sigillor. tra vel a muri-  
 c. 14. n. 109. & 117. seqq. 4.) an cera sit obfuscata vel trita, ita ut id,  
 quod impressum,clare videri non possit? 5.) an Cera vestigia cata vel trita?  
 conglu-

7.) an vestigia  
conglutinatio-  
nis haeat?  
6.) an figura  
conficiatur?  
7.) an sigillum  
Ceræ intussum  
an charta Ceræ  
conjuncta?

8.) an sigillum  
appenderit an  
deciderit.

9.) cuius coloris  
sit filum.

10.) sigilla per  
pietorem de-  
pingenda.

conglutinationis habeat? v. gr. si charta interior sigilli sit vetu-  
stissima, & per glutinum novæ chartæ connexum? 6.) an figura  
seu forma impressionis sese ostendat? 7.) an sigillum Ceræ intin-  
sum, an vero charta Ceræ conjuncta, & in charta supra Ceram  
impressum; factum enim aliquando memorat Rutger. Ruland. tr.  
de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 30. num. 18. in causa Herrn  
Christoph Herzogen zu Württemberg, contra Kaiserl. Fiscale, in  
causa exemptionis die Grafschaft Löwenstein betreffend, ubi  
documenta sigillo Electoris Palatini munita, recognoscenda pro-  
posita, recognoscentes vero confitebantur, esse quidem sigillum  
hujus Principis, verum se non vidisse suo tempore ita imprimi, sed  
nudar Ceræ, ideoque se dubitare. 8.) an sigillum appenderit, an  
vero deciderit? ubi simul attendendum, an vetus an novum sit,  
9.) cuius coloris sit filum. quo Instrumentum perforatum, die Schnur,  
varia enim ex iis indicia colligi possunt; prasertim cum de insigni-  
bus, an unius sint familia dubitatur; siquidem Experientia testatur,  
signantes plerumque uti iisdem coloribus in hisce filis holoseri-  
cis, quibus Insignia ipsorum constant. 10.) Tandem ipsa sigilla, ut  
eo certius atque melius de iis constet, post finem Copiæ vidimi-  
tae, loco congruo ac consueto, per pictorem juratum delineanda,  
& quæ conformia esse videntur, circulo quad circumferentiam  
metienda. conf. Rutger. Ruland. tr. de Commissar. & Commission.  
part. 2. lib. 5. cap. 30. per. tot. ubi pluribus hac de re, alisve hue  
apprime facientibus differit. add. Blum. process. Camer. tit. 73. §.  
40. ubi ex Gylmann. symphoretat. voc. transsumtio. breviter  
& in Compendio, ea quæ in rite describendo sigillo observanda,  
hisce verbis exhibet: 1.) tenor nominum scribi debet integraliter,  
2.) wie es in dem Siegel beschaffen / ob sie ganz/ verschmitten/ zerbro-  
chen / abgerissen / ob verasimilia vestigia daran vorhanden gewesen/  
oder nicht. 3.) solle alleweg post finem Copiæ das Siegel abgeriss-  
sen werden per pictorem juratum, mit vermelden/ was das Wachs/  
Schnur / Presel vor eine Gestalt habe. 4.) sollen auch die Siegel/  
so gleichförmig zu seyn vermeint werden/ mit dem Circul abgerissen  
werden.

§. XI.



## §. XI.

7.) Requiritur, ut justa causa vidimandi adsit, sc. vetusta  
tis Instrumenti, si Originale ob antiquitatem literarum deficere in-  
cipiat, cap. ult. X. de fid. instrument. ibid. Gonzalez. Tellez. vel  
absentia futurae, vel periculi amissionis, quia Originalia longius  
transmittenda, Myns. 6. O. 73. n. 16. vel quia Instrumenta plura  
continent capitula, & non de toto Instrumento, sed de ejus saltem  
parte qua fistio moyetur, nam tunc totum quidem Instrumentum  
Judici exhibendum, non vero parti adversae, cui saltem Copia ex-  
tracta istius capituli sive partis, que ad causam facit, communi-  
canda, per L. 10. §. 2. ff. de edend. cap. 5. X. de fid. instrument.  
ne plura litigia occasione totius Instrumenti exhibiti oriuntur. Gail.  
1. Obs. 106. num. 10. Petr. Frider. Mindan. de process. & mandat.  
in Cam. extrah. lib. 2. cap. 48. num. 18. Brunnemann. process. Ci-  
vil. cap. 19. n. 6. Link. Consil. Altendorf. 92. num. 11. add. Ruland.  
tr. de Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 33. ubi solide tradit, quando  
productio partis Instrumenti, sive Copia ejusdem partis, ad pro-  
bandum sufficiat. 8.) requiritur, ut Vidimatio fiat ad petitionem  
eorum, quorum interest, cap. ult. X. de fid. instrum. ibid. Felin.  
& Panormitan. 9.) ut transsumtio peragatur regulariter in loco,  
ubi Instrumenta Originalia habentur, Ruland. de Commissar. &  
Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 24. num. 28. Denique secundum sti-  
lum & consuetudinem cujuscunque judicii, manu & sigillo suo at-  
testari debet Judex, Copiam vidimatam de verbo ad verbum con-  
cordare cum Originali. Besold. thes. Pract. voc. Abschrift.

7.) requiritur,  
ut justa causa  
ad sit Instrumenti  
vel vidimandi.

8.) ut Vidima-  
rio fiat ad peti-  
tionem interes-  
sentium.

9.) in loco, ubi  
Originalia ha-  
bentur.

10.) ut judex  
manu & sigillo  
suo attestetur,  
Copiam con-  
cordare cum  
Originali.

## §. XII.

Hactenus adducta requisita maxima ex parte approbata con-  
spicuntur in der Gültischen Reformation de A. 1567. tit. wie Viz-  
dimus und Transsumt ausgebracht werden sollen, cuius verba  
melioris illustrationis ergo heic apponere lubet: Wann einer  
glaubwürdig Vidimus oder Transsumt ausbringen wollt / soll er den-  
jenigen / den solches betrifft / wie sich gebührt / berufen lassen / um zu  
hören / und zu sehen / das begehrte Vidimus und Transsumt mit Be-  
stimmung

Requisita hacte-  
nus adducta di-  
ferre probat die  
Gültische  
Reformation.

C

stimmung einer benannten Zeit und Tags / nach Gelegenheit der Nähe und Ferne des Abwesenden / auszubringen. Wann das nur geschehen / auch die Original-Brief / Siegel oder ander fürbrachter Schein / an ihren Siegen / Schriften und anders / ohne Man gel befunden / so mag das begehrte Vidimus oder Translumt, es kom me der erfordert oder nicht / mit Erkännntnus des Gerichts / als glaub würdig und kräftig/ erlangt und ausgebracht werden/ welches auch darnach so viel Glaubens hat / als die rechte Originalia und Haupt Brief; In Statutis ab ILLVSTRI REPVLICA NORIMBERGENSI conditis, hac de re nihil quicquam certi determinatum reperitur, sed Judicis arbitrio relinquitur, an & qualis Copiis Vidimatis attribui debeat fides. vid. Reformat. Noric. tit. VII. Leg. III. von Vidimus und Translument, ubi hæc occurunt verba : Wann jemand einigerley Vidimus oder translumt mit vor hergehender Verkündigung seines Wiedertheils / oder aber uner fordert desselben / anderswo ausgebracht hätte / und zu seiner Be weisung gerichtlich fürlegen würde / das soll in seinem Wehrt / und vorbehaltlich des andern Theils gehörvender Einred / angenommen werden / und jedesmahn auf beider Theile Vorbringen / in des Ge richts Mässigung stehen / ob und wieviel denselben translumten und vidimirten Urkunden zu glauben seye / und darauf / was Recht ist / er fahrt und geurtheilt werden. Quod si tamen antea memorata requisita concurrant , quin Copiæ ejusmodi vidimate plenam & omnimodam in Foro Norico mereantur fidem , nulli dubitamus , statuta namque declarationem suam recipiunt ex Jure communī , cui in dubio sese conformasse censentur statuentes. Gail. 2. Obs. 33. num. 3. & 4. Mev. ad Jus Lubec. quest. prel. 10. num. ult. Mascard. de general. statutor. interpret. concl. 2. num. 71. Harp precht. consl. Tubing. 28. num. 46. seq.

## §. XIII.

Commissarii ea dem , que in Vidimationibus a Judice con ficiendis necessarias esse diximus , a Commissariis quoque adhuc vidimatio bende , si illorum Vidimus plenam mereri debeant fidem. Non necesse habent.



Non minus etiam Comitibus Palatinis ut & Notariis publicis, ut & Comites ad plenam fidem atque autoritatem Copiis a se vidimatis con-  
Palarini atque ciliandam, ea quæ Judicii in Exemplificatione attendenda sunt, Notarii.  
veniunt observanda, ita sc. ut & ipsi partes, quarum interest, seu illos, contra quos aliquando Copia vidimata producenda, ad Exemplificationem evocent, Originalia diligenter inspiciant, de verbo ad verbum, cum iisdem notis, cyphris, & interlineaturis, uti hæc in Originali deprehenduntur, transsumant, sigilla & reliqua rite & accurate describant, Copiam cum Originali sedulo conferant, eademque propriæ manus subscriptione, suoque sigillo confirment.

Tusch. præf. concl. lit. T. concl. 374. Mund. a Rodach. tr. de Comit. Palatin. cap. 3. num. 329. Stryk. Cautel. Contract. sec. 2. cap. 7. §. 16. & in dissert. de Instrument. amiss. cap. 3. §. 6.

Vt autem Notarius Signatum five Symbolum Notariatus appo- an apposito  
nat, adeo præcise non requiritur, sed privatum illius sigillum suf- symboli Nota-  
ficit, quemadmodum etiam nullis opus habet testibus, cum hæ- riatus sit ne-  
cessaria? solennitates in Instrumentis solummodo publicis Originalibus, ab an testibus  
ipso conficiendis, attendenda veniant. Carpzov. lib. 3. resp. 85. opus?

num. 22. Wildvogel. dissert. de recognit. Document. cap. 3. §. 4.

Berger. in Elect. process. execut. §. 25. pag. 33. Ceterum no-  
tandum, quod in Camera Imperiali, Copiis à Notario vidimatis In Camera Imp.  
nulla attribuatur fides, & quando illarum recognitio petitur, so- copia a Notario  
leant a parte adversa rejici hisce formalibus: weili si a sim- vidimatæ nul-  
plici Notario vidimitt, nicht zu recognoscieren. Blum. process. lam habeant  
Camer. tit. 63. num. 37. & tit. 39. num. 7. Et hoc ita obser- fidem,  
vari docet Blum. d. tit. 63. num. 37. etiamsi vidimatio a No- etiamsi vidima-  
tario immatriculato facta est, quia immatriculatio Notarii pra- tio a Notario  
ter potestatem insinuandi Processus Camerales, nihil quicquam immatriculato  
ulterius tribuit. Imo licet Notarius Instrumentum conficeret, facta,  
eique Copiam infereret, id quod dicitur esse Instrumentum Vi- aut Instrumen-  
dimus, eapropter tamen majorem fidem non acquireret: utut to Copia in-  
enim Notario in Instrumento aliquid afferenti plene credatur, ferta.

tamen regulariter Instrumenti alicujus tenor alteri Instrumento insertus, per hoc sine Originali non probat, nisi autoritate Judicis, parte adversa ad istud citata nihil opponente, insertus fuerit. Blum. *process Cam. tit. 63. num. 38.* Imo nec admitti Exemplificationem, etiam si per tres vel plures Notarios sit facta, resert & prejudiciis firmat Ruland. *tr. de Commissar. & Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 15. num. 7. & cap. 26. num. 8. add.* Blum. *process d. 63. num. 38. circa fin.*

*aut vidimatio  
per plures No-  
tarios facta.*

*Præjudicium. tit. 63. num. 38. circa fin.* Hinc cum aliquando cuidam sussit injunctum, ut Vidimus alicujus privilegii in forma probante produceret, ille curavit istud transsumi, & per tres Notarios subscribi, & sic produxit; sententia autem desuper lata 13. Junii 1539. hoc modo: in Sachen re. ist D. L. Wolf, dem jüngst vorgebrachten Vidimus ohnverhindert, die im Appellations-Libell angezogene privilegia nochmahn in glaubwürdiger Form vorzubringen, Zeit vier Monat, pro omni termino V. A. W. angesetzt re. cujus sententiae intellectus fuit, ut privilegium exemplaretur autoritate Judicis ordinarii, qui in hac causa est Camera, cuius autoritate predicta vidimatio fieret. Roding. *Pan-*  
*deet. Jur. Cameral. lib. 1. tit. 16. num. 13.* In *Judicio Imperiali*  
*Aulico*, Copiis Notariorum vidimatis pariter non creditur, et si Instrumentis suis inferuerint, cum nec hie, perinde ut in Camera, aliae Vidimationes fidem faciant, quam quæ a Statu Imperii, vel judice Ordinario, vel a Registratore Imperiali Aulico sunt confectæ, Autor. *Brevicul. Prax. Imperial. Aul. tit. 9.*

*§. 8.*

**§. XIV.**

Cujusnam au-  
toritaris sint  
Vidimus non  
citatis partibus  
facti?  
Distinguatur,  
Si produci po-  
test Originale,  
nihil probat.

Hæc de Copiis solenniter ordinatis, earumque fide. Disci-  
ciendum nunc, qualemne autoritatem habeant Vidimus, cap.  
quo solennitates in antecedentibus &c. proposita, plene non sunt ob-  
servatae, sed Cittatio illorum, quorum interest, omissa. Hic di-  
stinguendum, an producens Copiam vidimatam, sit requisitus  
de

de producendo Originali, quod potest exhibere, & non vult, & tunc, quamvis productus non alleget, se velle arguere Originale de falso, Copia nihil quicquam probat, nec etiam indicium facit propter suspicionem fraudis, contra producentem militantem, idque sive sit recens, sive antiqua, sive solennia enumaret, sive non, & qualiscunque sit. Bertran. lib. 1. consil. 23. num. 77. Molin. ad. *confus. Parif. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 62. add. num. 40.* modo tamen in eodem iudicio non fuerit approbata *limitat.* per adversarium, sic enim non sufficeret allegare, producentem habere & occultare Originale, nisi argueretur de falso & praedicaretur, *l. fin. Cod. de fid. instrument.* Molin. cit. tit. 1. §. 8. *gloss. 1. num. 62.* Aut non extat Originale, vel non est in facultate producentis *istud exhibere, vel etiam de Originali producendo non non fuit requisitus, & secundum communem Doctorum sententiam, talis Copia vidimata per se, semiplenam facit probationem,* ita, ut accendentibus aliis administris, plena gaudere possit probatio-  
nem, vel iis deficientibus, delationi juramenti suppletoriis, si pro-  
ducens sit persona honesta, causaque ad hoc juramentum qualifi-  
cata, juste locus detur. Molin. cit. loc. num. 67. & 40. Coth-  
mann. vol. 4. *consil. 10. num. 27.* Covarruv. *præf. quæst. 21.*  
*num. 5.* Brunnemann. *process. civil cap. 19. num. 8.* Textor.  
*decis. Palat. 78. notab. 2.* Stryk. *Caut. Contract. sed. 2. cap. 7. §.*  
*15.* Engel. Colleg. *Jur. Can. tit. de fid. instrum. §. 3. num. 50.*

### §. XV.

Sed hæc ita regulariter; dantur enim certi *casus, in quibus ejusmodi Copia, partibus non citatis vidimata, plene & firmiter probant; utpote 1.) si summum periculum in mora,* quo casu vidimata plene transmutationem non citatis interessentibus, salvo jure absentium probant. fieri posse, plurimi concludunt, Felin. *ad cap. fin. X. decis. instru-* <sup>1)</sup> *ment. num. 10.* Gonzalez. Tellez. *ad d. cap. fin. in comment.* *mora.* Brunnemann. *process. Civil cap. 9. num. 7.* tempore enim necessi-  
tatis,

sitatis, & ubi periculum est in mora, receditur a regulis juris communis. Rutger. Ruland. tr. de Commissar. part. 2. lib. 5. cap.

24. num. 11. Barbos. the. locupletat. voc. necessitas. axiom. 20.

2.) si Copia fiat per eundem tabellionem, qui Instrumentum Originale confecit, quia haec scriptura exemplata in effectu est principalis & authentica, utpote cum in primo Originali non sit aliud, nec plies autoritatis & solennitatis, quam in illo novissimo, & sic eadem nititur autoritate, & perinde est, ac si duplex Originale factum esset. Myns. 6. Observat. 74. num. 3. Textor. decis. Palat. 6. num. 1. Mev. part. 5. decis. 147. & part. 7. decis. 244. num. 3. Molin. ad confused. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 41.

Notarium enim de eodem actu plura posso confidere Instrumenta, dubium nullum habet. Felin. ad cap. fin. X. de fid. instrument.

Mev. part. 5. decis. 147. num. 4. Eadem vis etiam tribuitur Exem-

pl. quod non scripsit quidem idem Notarius, sed tantum subscripsit & subsignavit, quia paria sunt, totum scribere vel subscribere. Christin. vol. 2. decis. 783. num. 6. Covarruv. pract. quest. 21.

num. 3. Mev. part. 7. decis. 244. num. 4. 3.) Si vigeat conve-

tudo, ut absque ulla Citatione, Instrumentum vidimari possit, arg. Copiis attribua. §. 9. Instit. de Jur. nat. gent. & Civil. Gratian. disceptat. forens. cap. 268. num. 13. Gonzalez. Tellez. ad cap. fin. X. de fid. instrumen. circa fin. cum nihil impedit, quo minus Copiis vidimatis minus solenniter factis, ex generali alicujus loci consuetudine,

vel statuto, plena attribui queat fides, Engel. Colleg. Jur. Can. tit. de fid. instrumen. §. 3. num. 51. 4.) Si agatur de innovandis privilegiis vel indulxit in Curia Romana, cum transeat per mul-

tas manus, Felin. ad cap. fin. X. de fid. Instrument. num. 7. 5.) Si pars advera Copia hac vidimata pro se fuerit usata. Mev. part.

5. decis. 147. num. 8. qua quisque enim pro se scriptura utitur, eandem contra se admittere tenetur, cum producacio in judicio & allegatio, tacitam Instrumenti contineat approbationem. Bartol.

in l. I. Cod. de fid. instrument. Mev. cit. decis. 147. num. 8. 6.) Si

pacto

2) si Copia fiat per eundem tabellionem, qui Qri-

ginale confecit,

ut saltem sub-

scripsit & sub-

signavit.

3) si consuetu-

dine vel statuto

plena ejusmodi

Copiis attribua-

tur fides.

4) si agatur de innovandis

privilegiis in

Curia Romana.

5) si pars Co-

pia pro se

fuerit usata.

parte fuerit convertum, ut in casum amissionis Instrumentorum; si pacto  
Copie alicui vidimata plene credatur, v. gr. sollte auch diese fuerit conven-  
Obligation oder Original, durch Raub, Krieg, Brand, oder tiam, ut Copie  
sont auf einige Weise von Handen kommen, so soll einer vidimata plene vidimata plene  
mitten Copay eben solche autoritat executive agendi, Krafft diez credatur.  
sen ertheilt seyn, als wann die Originalia selbst producirt werden,  
Stryk. Cautel. Contract. sect. 1. cap. 6. §. 10. & in dissert. de  
amiss. instrument. cap. 3. §. 4. Hoc autem paclum non eo ten-  
dit, ut scriptura privata habeat vim publici Instrumenti, hoc  
enim in potestate partium non est, l. 8. ff. de Castrén. pecul. sed  
ut plenam fidem inter pacientes saltem obtineat ex conventione,  
utpote que facultatem probandi extendere vel restringere potest.  
Mascard. de probat. concl. 1249. Carpzov. part. 1. Conf. 13. def.

38. Petr. Heig. part. 2. quest. 3. num. 14. Sed quid si contra-  
**hentes simpliciter tantum dixerint, Copie alicui starci debere?** quid si simplici-  
dass ein Copay eben diese autoritat haben soll, als das Original: ter dictum,  
Verba hæc de Copia vidimata esse intelligenda, nec aliam Co- Copie alicui  
piam admitti posse, cum semper incertum sit, an hæc revera sit esse standum?  
Copia ex originali desumpta, tradit Stryk. Caut. Contract. sect. 2.  
cap. 7. §. 14. & Berger. in Elect. process. execut. §. 25..

### §. XVI.

Non minus etiam plene probant Vidimus, partibus non vocatis,  
 confessi 7.) si Copia esset antiqua & de facto & Instrumento 7) si Copia vi-  
antiquo; non enim hic sufficeret Originale esse vel fuisse anti- dimata esset  
 quum, si Exemplum esset recens. Molin. ad consuetud. Paris. antiqua.  
 tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 41. Richter. ad Auth. si quis in aliquo.  
 Cod. de edend. num. 5. Brunnemann. process. Civil. cap. 19. num.  
 10. B. Linck Consil. Alteldorf. 59. num. 2. Myns. 6. Obs. 76. num.  
 2. Böhmer. J. Ecclesiast. lib. 2. tit. 22. §. 8. ubi elegans præjudi-  
 cium. Ratio autem, cur ejusmodi Copie non omnibus solen-  
 nitatibus instructæ, plene credatur, hæc est, quia antiqua causis  
 difficil-

difficillimæ probationis annumerantur, sive ob probandi difficultatem, etiam leviores probationes, nec non semiplenæ & conjecturæ, admittuntur, Menoch. *de arbitr. jud. quest. cas.* 115. Gail. 2. *O. 93. n. 18.* Ant. de Amato. *decis. 21. n. 30.* cum antiqua probari possint per famam & indicia, Pacian. *de probat. tit. 2. cap. 38. num. 40.* Freher. *de fama lib. 1. cap. 8. num. 7.* Accedit, quod Copia in materia probationis de antiquis, æquiparetur testimonio de auditu alieno; jam quia testes de auditu alieno dependent in antiquis plene probare dicuntur, *cap. 47. X. de testib. Dissert.* Nostr. *de probat. per testes de audit. alien. depon. cap. 3. §. 1.* etiam probare poterit ejusmodi Exemplum, Myns. 6. *Obs. 75. num. 3.* Trentacinqu. *in reolut. jur. lib. 2. tit. de probat. resol. 5. num. 9.* cum antiquitas scripturæ fidem quandam conciliat, Mascard. *de probat. concl. 188.* 8.) *si agatur de imponendo arresto,* tunc enim ad docendum debitum, quo debitor petenti arrestum devinclus dicitur, tales Copia vidimata omnimodo sufficient, Berger. *in Elect. disceptat. forens. tit. 51. Observat. 2. not. 4. p. 1704. seq. eo*, quod in arrestis imponendis, ut plurimum sumnum periculum sit in mora, ut interim, dum Creditor de Originali est sollicitus, eum alii prævenire, vel debitor aufugere, bonaque sua alibi transferre possit; at ubi periculum in mora est, nec temporis, nec loci, nec alterius solemnitatis judicariæ ratio haberi debet, Peck. *de jur. sistend. cap. 19. num. 10.* Moller, *lib. 3. semestr. cap. 44. num. 5.* Carpzov. *lib. 4. resp. 38. num. 7.* Berger. *cit. loc.* Hinc etiam Doctores communiter nudam quoque & simplicem instrumenti Copiam, eine unvidimurte Co-  
pey, ad imperandum arrestum admittunt, prout pluribus de-  
ducunt Berlich. *part. 1. decis. 107. per tot.* Carpzov. *lib. 4. resp. 23. num. 22.* Wernher. *Observat. select. forens. vol. 6. Observ. 9. & Observat. 431.* 9.) *in Processu ex L. diffamari, pro docen- da diffamacione,* neque enim exacta probatio, sed summaria tantum demonstratio hic requiritur, Berger. *in Elect. process. Provo-*

Etiam nudæ  
Copie suffi-  
cient ad impo-  
sitionem arresti.

9) si probanda  
diffamatio in  
Processu ex  
L. Diffamari.

Provocat. §. 27. & in Oeconom. Jur. lib. 4. tit. 32. not. 6. Wernher. seleit. Observ. forens. vol. 1. Obs. 228. num. 5. Ludov. in der Einleitung zum Civil. process. cap. 5. §. 11. 10.) in casu, quo <sup>10)</sup> si ex Archivio aliquo Instrumenta sunt transfumta, cum in Archivo strumenta sunt omnis praesumptio doli cesset; alii tamen contrarium statuunt, & ci-  
transfumta.

tationem partium, ad effectum plene probandi requirunt, per Auth. si quis in aliquo. Cod. de testib. Rectior sese habet sententia illorum, qui propter hanc Dd. diversitatem ad Observantiam & consuetudinem cujuscunque loci recurrentum esse docent, quippe qua in hac materia optima interpres, arg. l. 37. ff. de legib. Myns. ad. cap. 1. X. de fid. instrument. num. 34. conf. Ruter. Ruland. tr. de Commissar. & Commiss. part. 2. lib. 5. cap. 24. num. 4. seqq.

## §. XVII.

Denique notandum, quod Copiis omissa vocatione partium vidimatis, plena adhibetur fides in omnibus illis casibus, quibus Copiae simplices atque nude probant. Huc pertinet 1.) Copiae probant, si secundum illam Copiam bis vel pluries fuerit judicatum, quia Copiae parte non vocata tunc pro authenticata inter eosdem videtur esse recepta. Mev. part. 5. decif. 147. num. 9. 2) si pars, contra quam Copia producitur, nihil opponat, sed eam admittat; quia nihil opponens in iudicio, juri sibi competenti renunciasset, arg. cap. 20. de X. de rescript. atque Copiam approbasse censetur. cap. 43. de R. I. in 6to. Mev. part. 5. decif. 147. num. 7. Et licet a-lias fidem per se non habeat, eandem tamen meretur ex ap-probatione, cui semel factae nemo contravenire debet. Mev. cit. decif. 147. num. 6. Nec iudici integrum est ejusmodi Copiam ex officio respuerere, sed illi debet adhibere fidem, cum e-  
an judex ex officio Copiam rejicere possit?

D

rejice-

3) Copia in  
Archivo  
reperta.

rejicere poterit. Trentacinqu. var. *resolut.* lib. 2. tit. de probat. *resolut.* s. num. 16. ubi dissentientium quoque opinionem refutat. 3) *Copia in Archivo publico recondita.* Myns. 6. Obs. 75. num. 1. Carpzov. part. 1. Conf. 17. def. 38. num. 3. seqq. Mascard. *de probat.* vol. 2. concl. 712. num. 61. modo Archivo officialis praefectus, & scriptura illa si posita inter authentica & publica, non privata documenta, cum Exemplum repertum inter scripturas publicas & privatas, presumatur esse ejusdem naturæ. Schurf. Cent. 3. consil. 9. num. 5. Link. consil. Altdorf. 59. num. 1. Rutger. Ruland. tr. de Commiss. lib. 2. part. 5. cap. 8. per tot. Alii tamen contrarium statuunt, talique Copiæ simplici fidem aliquam inesse negant, nec sine ratione, neque enim locus fidem & autoritatem rei tribuere potest, quæ per se fidem non habet, cu n etiam non raro quedam tabulario publico inferantur, quæ nunquam plenam acceperunt consummationem. Struv. S. J. Crv. Exerc. 28. tb. 31. Böhmer. J. Ecclesiast. lib. 2. tit. 22. §. 8. Brunnemann. ad 1. 2. ff. de fid. instrumcat. n. 3. Fritsch. de jur. Archivor. cap. 7. num. 43. seqq. quod si tamen alia adminicula concurrent, ad juramentum suppletorium vel purgatorium tali casu deveniri posse, nulli dubitamus. Et ita respondit Inclita Facultas Wittembergensis mens. Junii 1706. prouti testatur Wernher. select. Observat. forens. vol. 1. Obs. 365. num. 3. seqq. Ante omnia tamen heic respiciendum esse putamus ad cuiuscunque loci consuetudinem, quippe quæ nonnumquam Copiis simplicibus in Archivo publico repertis plenam attribuit autoritatem, arg. cap. cum dilectus. X. de fid. instrument. König. in process. cap. 91. num. 41.

### §. XVII.

Copiæ vidimatis  
ab Originali  
minus authen-  
tico descriptæ  
nil probant.

Quæ de Copiis vidimatis earumque fide haec tenus adduximus, procedunt eo in casu, quo de Originali authentico ejus- non

modi Copiae sunt sumptae; si vero ab Originali minus authenti-  
co, quod, si in forma & qualitate in Copia designata proferretur,  
non probaret, fuerint descriptae, tunc Copia vidimata, quantum-  
vis solennissime confecta, nihil quicquam probaret, nec plus o-  
perari posset, quam ipsum Originale, per cap. cam delicta. X. de  
confirmat util. vel inutil. Molin. ad consuetud. Paris. tit. I. §. 8.

gloss. I. num. 33. Quantum ad Copias vidimatas ab aliis Co- Copie vidimatæ  
pis vidimatis transsumtas, illas nullius esse autoritatis, ad instar alterius Copie  
testimonii de auditu auditus, etiam si a Copia solennissime vidima- & quatenus  
ta essent sumptæ, statuit Molin. tit. I. §. 8. gloss. I. num. 33. Sed rohent?

Bartol. in auth. si quis. Cod. de edend. contrarium tuerit senten-  
tiam, dicendo: quoties Originale faltem jurejurando afferentis  
possit probari esse deperditum, toties posse Vidimationem fieri  
ex alia Copia rite & solenniter vidimata, ita, ut illi eadem detur  
fides, quæ primo Exemplari vel ipsi Originali jure dari debet.  
Cujus sententia eveniens admittenda, ut procedat inter eos, in-  
ter quos primum Exemplum solenniter fuit confectum, nam si  
Originale casu periit, omnino Copia vidimata solennissime dis-  
posita, debitis observatis requisitis, iterum poterit vidimari, ita  
ut ei postea omnimoda concilietur fides, ne pereat probatio.  
Covarruv. pract. quest. 21. num. 4. Mascal. de probat. vol. 2.  
concl. 712. Molin. cit. loc. num. 34. Struv. S. J. Civ. Exerc. 28.  
th. 31.

### §. XIX.

In judicio Instrumenta regulariter in Originali sunt producen- In judicio regu-  
da, unde dicit Pontifex in cap. I. X. defid. instrum. si scripturam tariter ipsa  
authenticam non videmus, ad Exemplaria nihil facere possumus, Originalia sunt  
& ad idem est textus in l. 3. Cod. de divers. rescript. ubi præ- producenda.  
cipiunt Diocletianus & Maximianus Imp. ut Originalia Rescri-  
pta, non Exempla eorum insinuentur, add. l. 2. ff. defid. instru-  
ment.

admittuntur  
tamen quan-  
doque Copia  
vidimatæ.

ad Originalia  
semper recursus  
conceditur.

ment. Mev. part. 5. decis. 147. num. 1. Coler. process. execut. part. 3. cap. 1. num. 49. Quin Paulus in d. l. 2. ff. de fid. instrument. ejusmodi Exemplum *calumniosam scripturam* vocat, quia fallax & ad calumniam struendam fraudemque inferendam idonea est, Donell. ad Auth. si quis in aliquo Cod. de edend. Gothofred. ad antea cit. l. 2. ff. de fid. instrument. in not. lit. t. & suspcionem obreptionis parit, vid. l. 24. C. de probat. Link. consil. Altdorf. 10. n. 1. proinde sapissime Originalium productio per sententiam interlocutoriam hisce verbis injungi solet: *Dass zuver-derst Kläger das angezogene Document in Originali ad Acta zu bringen schuldig*, Wernher. select. Observat. forens. vol. 2. Obs. 169. num. 2. Aliquando tamen Copie quoque vidimatæ non minus, quam ipsa Originalia admittuntur, quando sc. pars productionem Originalium non urget, aut Originalia haberi non possunt & sunt desperita, aut allegantur Instrumenta aliena, ut libri judiciales &c. vel sine periculo amissionis aut corruptionis ad locum judicij longe distantem difficulter mittuntur. Engel. in Colleg. Jur. Can. tit. de fid. instrument. §. 3. num. 49. Blum. process. Cameral. tit. 73. num 39. item si instrumenta plura capitulo continent, & non de toto Instrumento, sed parte ejus agitur, quo in casu parti tantum Copia extraæta communicanda, cap. 5. X. de fid. instrument. Brunnemann. process. Civil. cap. 19. num. 6. Link. consil. Altdorf. 92. num. 11. Et ita quoque in Camera Imperiali observari, testatur Gail. 1. Obs. 106. num. 10. Mindan. de processib. cap. 48. num. 19. Hinc si libri Mercatorum exhibendi, non totus liber sed Extractus tantum vidi-matus illius paginæ, in qua res controversa continetur, producendus venit. Rösener. tr. de libr. Mercator. cap. 10. num. 33. Ceterum notandum, quod illis in casibus, quo Copia vidimatæ semper recursus in judicio admittuntur, semper recursus ad Originale, si haberi potest, concedatur, quia in describendo facile error committi potuit. Donell. lib. 23. cap. 8. Rösener. cit. cap. 10. num. 34.

§. XX.



## § .XX.

**Copias vidimatas in judicio productas, si suis legalibus gau-** An documenta  
**deant requisitis, ad instar Originalium omnino esse recognoscen-** vidimata re-  
**das, quia plene probant, nemo negabit. Wildvogel *dissert.*** cognoscenda?  
**de document. recognit. cap. 3. § 4.** Quid si vero *Copia non*  
**citatis partibus vidimata, adeoque non omnibus solennitatibus**  
**instructa exhibeat? Recognitio enim ejusmodi Copiarum vidi-  
**matarum parti adversa, contra quam producuntur, esse injungen-**  
**dam, hodierna fori observantia edocti, tuto assursum; hinc for-**  
**mula pronunciandi: daß Beflagter die von Klägern producire**  
**Vidimus, seines Vorwendens ohngeachtet, zu recognosciren**  
**schuldig.** Etsi enim, secundum tradita *in § 14.* plena fides iis  
**non tribuatur, adminiculare tamen possunt, ita, ut deficientibus**  
**aliis probationibus, juramento suppletorio locum faciant, l. 3.**  
**Cod. de jurejur. quemadmodum itaque articuli, qui saltē in-**  
**direkte & præsumtive cause adminiculantur, pro pertinentibus**  
**habentur & admittuntur, Vinc. de Franchis. *decif. Neap. 220.***  
**num. 11.** ita etiam tales Copiæ pro pertinentibus habendæ, ita ut  
**recognitionem pars adversa nequeat detrectare, arg. l. 56. ff. de**  
**de ujur. l. 15. §. ult. ff. de reb. autorit. judic. possid. Carpzov. lib. 3.**  
**resp. 81. num. 6. & part. 3. decif. 236. num. 4. seqq.** Posito et-  
**iā, quod de fide probationis judex ambiguus sit, securius ta-**  
**men foret, dubiam & superfluam admittere recognitionem, quæ**  
**salvis adversæ partis exceptionibus, absque omni ejus labore &**  
**& præjudicio sit, quam necessariam omittere, quia in dubio judex**  
**semper illud eligere debet, quod est minus onerosum & pericu-**  
**losum utriusque parti, l. 8. ff. quæ *infraud.* Creditor. Carpzov. cit.**  
**resp. 81. num. 6. In Processu Executivo.** Reus Copiam vidimatam an in processu  
**recognoscere non tenetur, quod hic Instrumenta liquida, indu-** Executivo?  
**bitata, & Originalia requirantur, alioquin executive agi non po-****

test, prouti respondit *Inclitus Ordo Wittembergensis mensē Februarii A. 1706. ad interrogationem Johann Daniel Daumen zu Dresden, testante Wernhero in elect. Observat. forens. vol. 7. in supplement. ad part. 2. Observat. 365. add. Berger. in supplement. ad Elect. disceptat. forens. part. 2. pag. 1639. seq. & in Elect. process. Execut. §. 25.* nisi I.) Instrumento inserita sit clausula: ut stetur Copia, quamvis tum Copia intelligenda sit non simplex, sed vidimata. 2.) Vidimatio facta citatis iis, quorum interest, hæc enim eandem cum Originali vim & autoritatem habet. Berger. in Elect. process. Execut. §. 25.

## §. XXI.

Vitiantur Copia vidimata  
1) si a falso Notario sint con-  
fectæ, Sichard. ad l. 4. Cod. de fid. instrument. Lauterbach.  
Colleg. theoret. Pract. tit. de fid. instrument. §. 27. hinc si du-  
bitatur de Notario, producens tale documentum probare de-  
bet, istud a Notario esse confectum, adeoque istius personam  
legitimare, per productionem Diplomatici, quo Notariatus offi-  
cium ipsi collatum. Mascard. de probat. conclus. 920. num. 6.

2) per rasuras in  
substantialibus  
3) per cancella-  
tionem.

4) per inter-  
lineaturam &  
marginalia.

Vitiantur Copia vidimata 1.) si a falso Notario sint con-  
fectæ, Sichard. ad l. 4. Cod. de fid. instrument. Lauterbach.  
Colleg. theoret. Pract. tit. de fid. instrument. §. 27. hinc si du-  
bitatur de Notario, producens tale documentum probare de-  
bet, istud a Notario esse confectum, adeoque istius personam  
legitimare, per productionem Diplomatici, quo Notariatus offi-  
cium ipsi collatum. Mascard. de probat. conclus. 920. num. 6.  
2.) per rasuras in loco suspecto & substantiali, v. gr. circa an-  
num, diem, summam debitam &c. item 3.) per Cancellatio-  
nem vel totalem, vel partiale, in loco suspecto & substantiali  
factam, v. gr. si in Instrumento Emitionis aut locationis, pretii  
vel mercedis determinatio, aut rei venditæ vel locatae descrip-  
tio conspicuntur cancellatae, L. 24. ff. de probat. 4.) per in-  
terlineaturam & scripturam marginalem, nam & hæc si facta  
fuerit in loco suspecto, vel substantiali negotii concernente, fal-  
sitatem arguit, quorū spectant verba Ordinationis Maximili-  
iani de Notariis de A. 1512. §. die Notarien sollen, ibi: son-  
derlich an mercklichen und verdächtigen Orten, in einer oder  
mehr Zeilen, oder zwischen den Linien, oder auf das spacium  
heraus etwas setzen, davor sie sich soviel möglich hüten sollen.  
De



De hisce omnibus pluribus conf. Stryk. *Caut. Contract.* sect. 1.  
 cap. 6. §. 4. & 5. & in *dissertat.* de *rasure.* cap. 2. num. 3.  
 cum mult. seqq. Lauterbach. *dissertat.* de *Cancellatione.* cap. 2.  
 thes. 13. seqq. & passim. Finckelthaus. *in appendix.* *Observat.*  
*pract.* *Obs.* 15. Ad servandam itaque Exempli fidem, pro *Cautela* pro  
*la notandum*, ut *Aetuarus* vel *Notarius*, si fortean in descri-  
**Judice vel**  
**Notario.**  
 bendo errorem commiserit, vel aliquid in Exemplo radendum  
 fuerit, secundum monitum Vlpiani in L. 1. §. 1. ff. de his que  
 in *testament.* *delet.* in fine scripturæ exprimat, quod in hac /  
 vel illa linea erraverit, vel verbum aliquod deleverit, vel o-  
 missum suppleverit, vel rasuram illam, interlineaturam, & scri-  
 pturam marginalem ipsemen fecerit, v. gr. gegenwärtige in 5.  
 geschriebenen Blättern begriffene Copie hab ich Endes Be-  
 nannter Kaiserlicher geschwörner Notarius mit seinem wahren  
 Original collationirt, und demselben gleichlautend befunden,  
 ausgenommen im andern Blat der Copie auf der ersten Sei-  
 ten lin. 6. das Wörtlein: **wiederkäufflich**, und lin. 18.  
 ejusdem lateris, das Wörtlein: **Jahr**, so im Abschreiben  
 ausgelassen worden, ad marginem, mit denen signis \* und † ge-  
 setzt, wie ebenmäig auf der ersten Seiten des dritten Blats,  
 das Wort **Rheinisch**, so heissen soll, **Fränkisch**, cor-  
 rigirt und darüber gesetzt. Quod etiam antea citata *Ordinatio*  
*Maximiliani* expressis verbis desiderat, §. die Notarien: ibi:  
 sollen auch Aufsehens haben, wann sie in Extendirung und  
 Ingrossirung der Instrumenten radirten, sonderlich an merck-  
 lichen und verdächtigen Orten, in einer oder mehr Zeilen,  
 oder zwischen den Linien, oder auf das Spatium heraus etwas  
 setzen, davor sie sich so viel möglich hüten sollen, daß sie  
 alsdann im Instrument, oder Subscription, davon Meldung  
 und Befestigung thun, und sonderlich, wann solche Interli-  
 neatur, oder Schrift in spatio, nicht von der Hand, die  
 solch Instrument ingrossirt, geschehen. Rasura enim, *Cancel-*  
*latio*

latio, & scriptura marginalis ac interlinearis, cuius in subscriptio-  
 ne mentio facta, non præjudicat, nec Documentum reddit su-  
 spectum, arg. L. 15. s. 2. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Ma-  
 scard. de probat. conclus. 1261. num. 16. seq. Vmm. process. di-  
 sput. 17. num. fin. Brunnemann. process. Civil. cap. 19. num.  
 46. Stryk. Cautel. Contract. scđ. 1. cap. 6. s. 4. & 5. & in  
 5.) Per diversi- díseriat. de rasur. cap. 3. num. 1. seq. 5.) Per diversitatem  
 tatem chartæ, chartæ manus & atramenti, Stryk. Caut. Contract. d. cap. 6.  
 manus & atra- s. 8. & 9. Finckelthaus. cit. loc. n. 4. seq. multa tamén hac in  
 menti. 6.) siCopia ven- re prudentis judicis arbitrio sunt relinquenda; & denique 6.) si Co-  
 ditatur pro an- pia vidimata pro antiqua venditatur, quæ tamén in charta re-  
 tiqua, & in re- centi charta sit centi scripta. Ricc. decis. Neapolitan. part. 2. decis. 10.  
 scripta. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 28. thes. 33.  
 in fin.

TAN TV M!



✓

Altdorf, Diss., 1724



3


f

5b.

1018







2 30.

Sol. XXIV. N. 17.

DE 1724, 2a

# VIDIMVS SIVE HIS VIDIMATIS Von

sen Urkunden und Abschriften

SVB PRAESIDIO

H. JODOCI BECKII, J. V. D.  
SS. COMITVM AB HOHENLOH-  
STEIN ET GIECH CONSILIARII,  
RIVM PROFESSORIS PVBL.  
EXTRAORDINARII ETC.

AD D. II. DECEMBER. MDCCXXIV.

H. L. Q. C.

DISPV TABIT

CHRISTOPH. STOCKMARVS,  
OENIGST. SOLISBAC. PALAT.

---

AL TORFI NORICORVM  
ERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.